

SIGISMUNDUS TERTIUS

DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNUS DUX
LITVANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ LI-
VONIÆQUE, NECNONSVÆCORUM, GOTTO-
RUM, VANDALORUMQUE HÆREDITARIUS
REX.

*Exemplum d. S. Sigismundi
in Polonia*

Significamus præsentibûs Literis nostris, quorum
interest universis & singulis. Productas nobis fu-
isse nomine Religiosorum Fratrum Ordinis Sanctissi-
mæ MARIÆ Carmelitarum Serenissimi Prædecesso-
ris nostri SIGISMUNDI Regis Poloniæ Avi nostri
Desideratissimi Literas Pargameneas manu ejusdem
Serenitatis subscriptas & Sigillô Magni Ducatûs Li-
tvaniæ obsignatas, salvas, sanas, integras, omnîq; su-
spicionis carentes notâ, Confirmationis Donationes-
certorum Bonorum Ecclesiæ per Magnificum o-
lim NICOLAUM RADZIWIŁLOWICZ Palatinum
Vilnensem & Cancellarium Magni Ducatûs Litvaniæ
factæ, quam ipsemet sub Titulo Sanctissimæ MARIÆ
Nivis supèr Monte versus Navigium Fluvii Viliæ
dicti suis impensis construi procuravit, nec non eti-
am ejusdem Serenissimi Regis SIGISMUNDI circa e-
andem confirmationem novam certorum bonorum
eidem Ecclesiæ Donationem factam in se continent
supplicatumq; est Nobis nomine eorundem Fratrum,
ut easdem Literas autoritate etiâ Nostra approba-
re & confirmare dignaremur: Earum autèm Littera-
rum Tenor de verbo ad verbum is est, qui sequitur:
In NOMINE DOMINI, Amen.

AD perpetuam rei memoriam, SIGISMUNDUS
DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ,
Russiæ, Prussiæq; &c. Dominus & Hæres. Significa-
mus Tenore præsentium, quibus expedit tam præsen-
tibus

§ I §

tibus, quàm futuris præsentium notitiam habituris. Qualitèr Magnificus NICOLAUS NICOLAI RADZIWIŁŁOWICZ Palatinus Vilnensis, ac Cancellarius Magni Ducatûs Nostri Litvaniæ sincerè nobis dilectus deduxit ad notitiam nostram. Quod ipse ob devotionem singularem ad Viginem Gloriosam DEI Genitricem, ob memorabilem Victoriã in ejus die Festo Nivium. Tempore felicis memoriæ Regis Alexandri Germani Nostri, apud Klecko de Tartaris, reportatam, Basilicam, seu Templum sub Titulo Sanctissimæ MARIÆ Nivis supèr Montem versùs navigium Fluvii Velix suïs impensís fieri & construi procuravit, totumq; spatium illud sive aream ad se ac Conjugem suam Elisabeth jure Hæreditario spectantem deputavit pro Domo, sive Claustro ac Monasterio ædificando, quo jam accepit & posuit Viros Religiosos Fratres Ordinis Sanctæ MARIÆ Carmelitarum, cui quidè m Monasterio, sive Coventui Fratrum illuc commorantium ipse Dominus Nicolaus Palatinus dedit perpetuòq; inscripsit quoddam Fundum, sive prædium ac possessionem in Parochia Rudominensi terras videlicet Petraschowszczyzna & Orolaszowszczyzna, quas terras quidè m Nieczowicz vigore donationis per Regem Alexandrum Germanum nostrum sibi facta quondam possedit, unà cum aliis terris addictum prædium per eundem cõemptis & comparatis eisdemq; terras ac prædium tutores puerorum præfati Michno videlicet Vincentius Auri-faber & Nicolaus Boczka vendiderunt, ipsi Domino Nicolao Palatino eidemq; Literas suas in Ruthenico scriptas, quas vidimus & audivimus volentes ipsas hìc pro insertis habere supèr hujusmodi contractu venditionis dederunt. Quam venditionem & emptionem simul etiã donationem suprãdictarum terrarum, sit, ut præmittitur, factam Ecclesiæ & Coventui Monasterii me-

memorati ad postulata dicti Domini NICOLAI Palatini duximus, confirmandas confirmamusq; ratificamus, ac roboramus per præsentés. Nos deniq; adesse pio operi meritorii Censeri: quo in ipsa Ecclesia dicti Monasterii tantò diligentius debitæ laudes & gratiarum actiones Omnipotenti DEO jugiter exolvantur & locus idem majoris devotionis fervore à Christi Fidelibus frequentetur. Addimus dictæ Ecclesiæ Sanctæ MARIÆ Nivis & Conventui pro sustentatione & victu Fratrum ibidem commorantium. Inprimis in eodem monte juxtà Monasterium usque ad laterificinas Episcopales locum, sive spatium Oderidowfzczyzna nuncupatum pro construendis quatuor, aut pluribus Domibus; in quibus consentimus, damus, ac largimur per præsentés quatuor tabernas tenendas cum propinationibus Cerevisiæ, Medonis, Vini sublimati & aliorum potagiorum censumq; & alias utilitates ex eisdem Tabernis absq; cujusvis impedimento pro Monasterio ac Conventu supradicto exigendi, tollendi & percipiendi: Addimus etiã eidem Ecclesiæ & Conventui in Districtu Rudominensi duos homines villanos, sive cmetones nostros ex nomine Bogdanum Gryczewicz & Joannem Styrpeykowicz cum pueris & successoribus eorundem, terrisq; cultis & excolendis sylvis, gais, pratis ità lata ac longè prout in suis limitibus continentur, & cum universis spectantibus, ac servitiis prout nobis hactenùs servièrunt: Ad hæc addimus ibidem in Districtu Rudominensi terras desertas ex nomine Owłaschewfzczyzna & Mozowfzczyzna & prædiolum Moczelewfzczyzna nuncupatum aliàs Nietoraszewfzczyzna prout hoc ipsum prædiolum cum terris, Pratis, sylvis, Gais omnibus Niekrafzek Fistor quondam possedit, in quorum omnium supradictorum testimonium, ac perpetuæ firmitatis robur, præsentés Literas Sigilli nostri appensione

